



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio sexta. Vtrum eleemosyna sit pars satisfactionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

8 Ad secundum dicendum eis concedendo maiorem & negando minorem : & ad dictum Augu. respondendum est q̄ ipse non intellexit quod per suffragia Ecclesie imminatur pena illorum qui sunt in inferno damnatorum, scilicet aeternaliter, sed illorum qui sunt in purgatorio: eis enim profundit suffragia Ecclesie, vel ad plena remissionem, vel ad tolerabiliorem damnationem.

Sententia secundae partis distinctionis XV.

generalis & specialis.

Satis arbitror. Superius Magister soluit rationes confirmantes errorem illorum qui dicunt penitentiam posse agi de uno peccato sine aliis, huius improbat directe illum errorem, & dividitur in duas partes. Quia primum illum errorem improbat. Et secundum concludit veritatem, scilicet quod sit vera & sufficiens pena ibi. Ex premisis, &c. Prima dividitur in duas. Quia primo probat intentum per miracula quae Christus fecit in curatione infirmorum. Esecundum ex comparatione penitentiae ad baptismum. Secunda ibi, Quaedam enim impietas. Hac est diuisio & sententia in generali.

2 IN Speciali sic procedit, & primo dicit satis est responsum his obiectib[us] per quas probatur quod vera penitentia potest agi de uno peccato sine aliis: quod est falsum, vt patet per ea quae fecit Christus in curatione infirmorum: surdum enim, & mutum, & a demonio possidum totaliter liberavit, a muliere habente septem demonia oes eiecit. Et ab homine habente legionem demonum omnes efficiens nullum reliquit, totum erat hominem sanum fecit in sabbato. Ex quibus datur intelligi q̄ non peccatum Deus dimisit, aut nullum: est enim inimicus omnium peccati, unde sicut per baptismum omne peccatum mortale dimittitur, sic per veram penitentiam. Ultimum concludit quod illa est vera penitentia quae omne peccatum abolet, quod si quando aliquis peniret de omnibus peccatis cui proposito non committendi, & satisfaciendi de cōmisiſſione: satisfactio autem hic non accipitur pro restitutione rei ablatæ, quandoq; enim restituīt nō potest, vt cum oculi vel vita alii iniuste eripitur, & tamen si verē penituerit & aliter prout potest satisficerit veniam consequitur: vbi autem restitutio est possibilis non est vera satisfactio sine restitutione. Et in hoc terminatur, &c.

QVÆSTIO QUINTA.

Vtrum satisfactio debet fieri per opera penitentia.

Thom. 4. dist. 15. q. 1. ad. 4.

Circa lectionem istam queritur de partibus satisfactoriis. Et primo in generali vtrum satisfactio debet fieri per opera penitentia. Et arguitur quod non: quia si penitentia esset de ratione operis satisfactio quanto opus esset minus penale, tanto esset minus satisfactorium, sed quanto opus sit ex maiori charitate, tanto est minus penale, ergo quanto opus fieret ex maiori charitate, tanto est minus satisfactorium, hoc autem est falsum, ergo &c.

2 Item satisfactio quae sit deo valet propter eius acceptationem, & non ex sola natura operis. Sed multa opera delectabilia possunt esse deo magis acceptata q̄ opera penitentia, ergo satisfactio potest fieri aequum bene, vel melius per opera delectabilia quae possunt esse Deo magis acceptata quam opera penitentia.

3 IN contrarium est quod dicit Greg. Iustum est ut peccator tanto maiora inferat sibi lamenta per penitentiam, quanto maiora intulit sibi damage per culpam.

R E S P O N S I O. Dicendum est quod satisfactio quā homo potest deo facere debet fieri per opera penitentia. Cuius ratio est, quia satisfactio (vt patet ex predictis) est recompensatio offensae per emendam, sed talis recompensatio non potest esse nisi per opera penitentia, ergo &c. Probatio minoris: recompensatio enim importat quantum ad equationem inter illum qui offendit & illum in quem offensa commissa est, ad aquatio autem in iustitia sit per subtractionem ab illo qui plus iusto habuit, & additionem ad alterum cui subtractum est aliquid: peccator autem quantum in ipso est subtrahit Deo peccando non quidem aliquid quod sit in Deo subiectum, quia sic Deo nihil subtrahi potest, sed obedientia & reverentiam

Sancto Porciano

qua quilibet tenetur obtemperare preceptis diuinis, ergo ad hoc q̄ compensatio fiat oportet quod per satisfactionem subtrahatur aliquid a peccante quod in honore dei cedat. Opus autem malum non potest in honorem dei cedere: opus vero bonum si sit delectabile nihil subtrahit ab operante, sed magis perficit ipsum, ergo ad hoc q̄ aliquid opus sit satisfactorium oportet q̄ sit bonum ut creditur ad honorē dei, & q̄ sit penale, ut subtrahat aliquid peccatorum.

3 Et propter hoc assignatur tres partes satisfactionis, scilicet ieiunium, elemosynam, & oratio, quarum sufficientia potest haberi hoc modo: satisfactio, vt dictum est, debet esse talis per quam nobis subtrahatur aliquid quod sit ad honorē dei, habemus autem tria bona in nobis, scilicet bona fortuna, bona corporis, & bona aie. Ex bonis fortune subtrahimus nobis per elemosynam. Ex bonis corporis per ieiunium. Ex bonis animi per orationem submittendo Deo totaliter propriam voluntatem: vel potest sumi distinctionis istorum per comparationem ad illa q̄ quibus homino curatur per satisfactionem. Quia per ieiunium curatur homo a concupiscentia carnis, per elemosynam a concupiscentia oculorum quae est de rebus fortunæ, per orationem a superbia vita: vel aliter homo debet bene ordinari ad dei & ad seipsum & ad proximum: ordinatur autem bene per orationem ad deum, per elemosynam ad proximum, per ieiunium ad seipsum caligando corpus proprium, sub ieiunio autem comprehenditur quicquid pertinet ad afflictionem corporis, vt peregrinationes, vigiliae, & huiusmodi: sub elemosyna autem omne oblatum, vel collatum propter Deum.

4 Ad primū arg. dicendum quod aliquid est penale ex genere operis, & tale quanto magis est penale, tanto magis satisfactoriū suppositis aliis que necessario requiriuntur ad satisfactionem, aliquid verò est penale magis, vel minus ex dispositione operantis. Et si dispositio alleuias penalitatem sit bona, nō minuit satisfactionem. Et ideo opus penale quod alleuiatur per charitatem nō minuit satisfactionem, sicut opus bonum & difficile procedes ex maiori virtute non minuit meritum.

5 Ad secundum dicendum q̄ licet acceptatio diuina requiratur tam ad meritum q̄ ad satisfactionem, tamen ipsa presupponit in vitro, bonitatem operis, & in satisfactione specialiter penitentiam propter causam assignatam in corpore solutionis, ergo &c.

QVÆSTIO SEXTA.

Vtrum elemosyna sit pars satisfactionis.

Thom. 2. 2. q. 32. art. 1. ad. 2.

Dinde queritur de partibus satisfactionis in speciebus. 1. Et primo de elemosyna. Et secundo de ieiunio. Tertio de oratione. Circa primum queruntur tria. Primum est vtrum elemosyna sit pars satisfactionis. Secundum est de divisione elemosynæ. Tertium est ad quem pertinet facere elemosynam, & de quibus rebus. Ad primum sic proceditur, & arguitur quod elemosyna nō sit satisfactionis pars, quia satisfactio debet fieri illi in quem offensa fuit commissa: sed elemosyna non datur Deo in quem culpa fuit commissa, sed datur pauperi qui ex culpa non fuit laesus, nec offensus, ergo ipsa non est satisfactoria.

2 Item illud quod est alias debitum, non est satisfactionis pars, sed dare elemosynam est debitum charitatis etiā in eo qui peccata non habet, ergo &c. Maior patet, quia quod est debitum ex uno nō est satisfactorium pro alio. Minor probatur per illud quod dicitur. 1. Ioā. v. Si quis haberet substantiam huius mundi, & videret fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo quomo do charitas Dei est in illo?

3 Item satisfactio est actus iustitiae ut supra dictum est, sed elemosyna est actus misericordiae, ergo elemosyna non est satisfactionis pars.

4 IN CONTRARIUM est quod dicit glossa super illud Luc. 3. Facite dignos fructus penitentia, quod dare elemosynam pars est penitentia, sed non nisi ratione satisfactionis, ergo elemosyna est pars satisfactionis.

5 R.E.

Lib. IIII. Distinctio. XV.

RESPONSI O. Circa questionem istam videntur primi qualiter eleemosyna est satisfactoria. Et secundum qualiter se habet ad alias partes satisfactoris.

6 Quantum ad primum patet dupliciter quod eleemosyna est satisfactoria, primo quia opus bonum penale est satisfactorium, ut patet ex precedenti, sed eleemosyna est opus bonum & penale, ergo &c. Secundo, quia iustitia humana exemplaria est ex diuina, sed secundum iustitiam humanam satisfacit homo de offensa commissa non solum per penam quam sustinet, sed per redempcionem quam exhibet: ergo secundum iustitiam diuinam non solum satisfacit homo per ieiunium tanquam per penam qua corporis affligitur, sed per eleemosynam tanquam per redempcionem qua exhibetur.

7 Quantum ad secundum sciendū est, quod quando aliqua comparantur inter se, debent comparari ceteris existentibus caribus, & in hoc dicendum est quod supposita pars gratia vel charitate, ieiunium est magis satisfactorium quam eleemosyna, vel oratio: indirecte tamē & concomitante eleemosyna est magis satisfactoria. Primum pater, quia supposita charitate illud est magis satisfactorium quod est magis penale, quia in opere satisfactorio formaliter condito ex parte operis est penalitas. Sed ieiunium est magis penale quam eleemosyna vel oratio, comprehendendo sub ieiunio quicquid est corporis afflictuum: vt disciplina, vi gilia, peregrinationes, & abstinentiae ciborum, quia omnia sub ieiunio comprehenduntur (vt dictum fuit) ergo ieiunium est magis satisfactorium quam eleemosyna, vel oratio: nec istud est contra illud quod dicitur. I Tim. 4, exhortatio corporis ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia valer, quia differt meritum & satisfactio, meritum enim est ad acquirendū premiū ad quod requiritur, & sufficiit bonitas operis, & quod est melius est magis meritorium, & sic dare eleemosynam est magis meritorium quam ieiunium, cum sit opus bonum danti & recipienti. Ieiunium autem nō sic. Satisfactio autem cum ordinetur ad expiationem peccati requirit quidem opus bonum, sed for male in opere est penalitas. Quia pena per peccatum compensatur, propter quod ieiunium quod est magis penale est magis satisfactorium. Indirecte autem & concomitante eleemosyna est potior pars satisfactoris. Cuius ratio est, quia illa est potissima pars satisfactoris in qua virtualiter continentur alii partes, sed in eleemosyna vir tualiter continentur ieiunium & oratio, ergo &c. Minor patet, quia eleemosyna cum aliqui datur constituit debitorem ad ieiunandum, & orandum, & satisfaciendum alia bona que potest pro eo qui dedit, loquendo de debito morali, non civili. Secundo, quia eleemosyna propter Deum data est quasi quadam oblatione Deo facta, vnde. 4 Ethico, dicitur, quod dona habent aliquid simile Deo sacrifici, oblatio autem facta Deo vim orationis habet: frequenter enim plus impetrat donum quam supplicatio. Item cum bona exteriora ad conseruationem corporis ordinentur, subtractione eorum per eleemosynam quasi virtualiter continet ieiunium. Et plerisque contingit quod aliquis arctius visus ex hoc quod sua dedit, igitur eleemosyna cōpletius habet vim satisfactoris quam oratio vel ieiunium. Et propter hoc inducitur, vt vniuersalis medicina peccati. Luc. ii. Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis, & Thobiae. 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat.

8 AD primum arguendum quod satisfactio pro culpa debet fieri illi in quem culpa fuit commissa, vel alii de eius voluntate & ordinatione: ab hoc modo fit satisfactio per eleemosynam non quidem ipsi Deo immideate qui bonorum nostrorum non indiget, sed pauperibus eius voluntate & ordinatione, cum ipse dicat, quod vni ex minimis meis fecisset, mihi fecisset.

9 Ad secundum dicendum quod dare eleemosynam quandoque est in precepto & tunc est meritoria, licet secundum quosdam non sit satisfactoria: quia in casu illo nullus dat suum propriè loquendo, sed reddit alteri quod est ei debitus: quandoque vero non est in precepto, & tunc non est solum meritoria, sed etiam satisfactoria.

10 Ad sciendum autem quando est in precepto & quando non, adiudicendum est, quod cum usus bonorum exteriorum sit ordinatus ad subuenientem necessitatibus presentis vitae, subuenientia ista debet esse ordinata secundum

Quæstio VII.

333

charitatem qua quis tenetur primo modo sibi, secundo coniunctis, tertio extraneis: necessitas etiam quam quis patitur in bonis exterioribus potest esse duplicita absoluta, & conditionata. Aboluta quando omnia bona rem portant quae quis haber fuit ei adeo necessaria quod sine eis non posset vivere. Et hoc a quibusdam vocatur necessitas naturae. Conditionata vero dicitur quando sunt ei necessaria ad conseruationem decentis status. Et hec dicitur necessitas personæ in quantum persona nominat dignitatem & statum. Dicendum ergo quod illud quod est necessarium naturæ necessitate absoluta, non est praeciput dari, immo illicitum, quia plus tenetur quilibet sibi quam aliis. Illud autem quod est solum necessarium ad decentiam status ex praecipto dari debet pro relevatione absolu te & extrema necessitatis alterius: qui plus tenetur quilibet diligere ex charitate vitam proximi, quam decentiam status fui. Sed non debet dari pro relevatione status alterius: quia nullus tenetur verecundus vivere in suo statu, vt relever alium ad decentem statum. Quod autem est superfluum utriusque necessitatis nature, scilicet & status, dari debet ex praecipto secundum illud Luc. ii. quod supereft date eleemosynam, nec est dubium quin sit praeciput respectu illorum qui sunt in extrema necessitate, quia illis ex praecipto dandum est quod est necessarium proprio statui, & fortiori ratione illud quod superfluit. De illis autem qui non sunt in extrema necessitate, licet sint in magna & verecunda, non audeo plenè diffinire, ne condemnarem maiorem partem diuinitutis. Sed autoritas beati los annis prius allegata qua non solum loquitur de necessitate extrema, sed de notabili & verecunda videtur hoc sonare.

11 Ad tertium argumentum dicendum quod licet eleemosyna secundum se, & extra calum necessitatis sit opus misericordiae: tamen in quantum iniungitur a sacerdote, & acceptatur a penitente ad recompensandam offenditam diuinam, est opus iustitiae.

QVÆSTIO SEPTIMA.
Vtrum eleemosyna spirituales sint potiores corporalibus an econtrario.

Thos. 2. 4. q. 32. art. 3.

Secundum queritur quae eleemosyna sunt potiores, corporales an spirituales. Et arguitur quod corporales, quia illa eleemosyna videtur esse potior per quam dans plus sibi subtrahit, vt subuenientia indigentia, sed per eleemosynam corporalem plus subtrahit danti quam per eleemosynam spiritualem: quia dans eleemosynam corporalem efficit minus habens in temporalibus, dans autem eleemosynam spiritualem non efficit minus habens in spiritualibus, ergo eleemosyna corporalis est potior eleemosyna spirituali.

2 Item illa eleemosyna videtur esse potior per quam subuenientia indigentia magis necessaria, sed eleemosyna corporalis est huiusmodi: quia indigentias corporales patitur homo velit nolit, indigentias autem spirituales nullus patitur nisi volens, ergo eleemosyna corporalis videtur potior quam spiritualis.

3 IN contrarium arguitur sic, quia bona spiritualia sunt potiora corporalibus, sed eleemosyna spiritualis sit de bonis spiritualibus, corporalis autem de corporalibus, ergo eleemosyna corporalis est potior eleemosyna spirituali.

4 RESPONSI O. Circa questionem istam tria sunt videnda. Primum est de numero & sufficientia eleemosynarum corporalium. Secundum est de numero & sufficientia eleemosynarum spiritualium. Tertium est de comparatione eorum inter se.

5 QVANTVM ad primum sciendum est quod eleemosyna corporales ponuntur communiter esse sepm, quae in hoc verso continentur. Visitio, poto, cibo, redimo, tego, colligo, cedo. Visitio infirmum, poto fitientem, cibo elurientem, redimo incarceratum, seu capiendum, tego, id est, vestio nudum, colligo, id est, recolligo hospitem, condico. Isepelio mortuum, quarum numerus & sufficientia potest haberi hoc modo: eleemosyna corporalis ordinatur ad subuenientem indigentem corporali, que potest esse duplex

TT 5 genes